

41.
DEO MODERATORE!!!
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

De

NEXU INTER **VIRTU-**
TES INTELLECTU-
ALES & MORALES,

Quam

*Suffragante Ampliff. Facult. Philosoph. in Regia
Academia Aboënsi,*

PRÆSIDE

Maxime Rever. atque Celeberrimo

DN. JOHANNES
BROWALLIO,

S. S. Theol. Doct. ac Scient. Nat. Prof. Reg. & ord.
h. t. RECT. MAGNIF.

Publice censendam modeste sistit

GABRIEL G. SOLENNIUS

OSTROBOTNIENSIS

Die IV. Julii Anni MDCCXLV.

Loco horisque solitis.

ABOÆ, Excud. JOH. KIÄMPE, Reg. Ac. Typ.

VIRO Admodum Reverendo atque Amplissimo
Dn. Mag. CLAUDIO HEDMAN,
Ecclesiarum, quæ DEO Waix colliguntur, Antistiti vigi-
lantissimo, Adjacentis districtus Præposito Adcuratissimo,
Scholæ ibidem Trivialis Inspectori Gravissimo & Pa-
trono omni obsequii genere æternum deventerando.

VIRO Spectatissimo atque Prudentia Summe
Dn. GERHARDO HÆLLBERG,
Quæstori Provinciali Laudatissimo, Fautori non uno no-
mine æstumatissimo.

VIRO Plur Reverendo atque Clarissimo
Dn. JOHANNI MÆXMONTANO,
Scholæ Triv. Wasensis Correctori longe meritissimo, antè
hac Informatori Fidelissimo, jam Fautori quovis honore sem-
per prosequendo.

Perquam Rever. nec non Doctissimo
Dn. JACOBO WIDLUND,
Sacellano Wasensium Dignissimo, Fautori
Optimo.

Ignoscite, Patroni & Fautores, quod munusculum hoc levit-
audacia, nisi beneficia V.stra in me prorsus singularia a-
met gratu or occasionem, non qua Vobis, Patroni & Fauto-
resolver veneracionem. Nescio, an cuiquam plus debeam, quam
studiorum in pulvere Sibolastico meorum Moderatores Fidelis,
de compensandis beneficiis & meritis vestris cogitare bandqua-
animi gratissimi documentum & perpetua observantia arbam ob-
ni Patrocinio. Quod si feceritis, facturos vero certissimus spero,
quam delectura, nec non

Adm. Reverend. Ampl. Spect. Plur. &
Cultor hu-
GABRIEL G.

VIRO Consultissimo probataque integritate & fidei
Dn. ANDRÆ ROOS,
Politix Consuli apud Aboenses longe
Dexterrimo,
PATRONO OPTIMO.

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo
Dn. Mag. ESAIÆ FELLMAN,
Rectori Scholæ Trivialis, quæ Waix floret, longe meritissi-
mo, ut olim Præceptor dexterrimo, ita jam Fautori jugiter
suspiciendo.

Perquam Revero atque Doctissimo.
Dn. ANDRÆ ASPEGREN,
Ecclesiarum Wasensium Sacellano meritissimo, Fautori
pie colendo.

Perquam Rever. atque Doctissimo
Dn. ERICO SOEMUNDI/
Ecclesiarum apud Wasenses Sacellano optime me-
rito, ut Consobrino (vavissimo, ita Fautori exoptatissimo.

*Acense, Vobis conservare sustinuerim. Confiteor tanta me non fuisse
nimum addidissent. In finis quapropter tam opportunam mibi-
res, Vestra in me merita rependam, sed qua in profundam
Vobis, Patroni & Fautores; Vobis, inquam, præsertim
simi: Verba desunt, quibus significem animi mei affectum:
quam audeo. Primitias tamen has, omni desituta splendore, in-
latas, placida respicite vultu, meque ulteriori Vestro dignami-
meum erit vota pro Vestra felicitate perenni nuncupare, quæ
quoad vixero permanere,*

Perq. Rev. NOMINUM VESTRORUM.
millim
SOEMUNDI.

Handelsmännen i Stapel Staden Åbo Högwälachtad
Herr **JOBST NICLAS SCHULTZ,**

Min Gunstige Wählgyrnare.

Den är lycklig, som sit förstånd befriar ifrån allehanda wilsfarelles
mörcker, ofunda förut fattade meningar med sorgfällighet ubr
wägen rödier, styrer affecterna efter förnuftets Compass, och dem uti
en harmonialist öfwerenssamme försätter. Jag tror säkert, at
det ganska mycket kommer här på an: ty härigenom kan man små
ningom lewas til selfwa lycksaligheten; men wid efteraktandet här
af oförtändt skadna i olycksalighet. Det menniska begäret efter
det goda, och afstjendet för det onda tar altid wara härpå. O
twungit begripes detta. Ganska illa Conciperar man menniskans
wilja kunna hafwa lust för det goda, som hon hwartken känner, wett
eller förstår, och wid det onda wäntas, som aldrig än fallit i hen
nes sinne, eller hon någonstän kunnat drömma i. Swad är altså nödig
re, än först känna det goda och onda, samt dem wähl utskilja:
sedan lærer ei blifwa så swårt, at så wähl det tydeliga och sansfärdiga
goda å stå, som afwen lika tydligt och sansfärdigt ondt hafwa en af
sty före. Med et ord: förståndet måste noua, och på det märliga
ste upslådas, så framt det el. est skal lyckeligen kunna leda och förelja
sa wijan. Min Herr Patron, uti dessa så och ringa Pappersblad,
dem jag wählment Offererar, har jag efter mit pund melat wisa
nödwändigheten häraf. Mitt förstånd har sig förelagda så ordkneli
ga Prof af EDEM ynnest, och ynniat mig bewist godt, at mit
innerliga begär ei annors kan wara, än till tacksamhet upståndt.
Men hwad står at giöra? Jag måste frutt ut bekänna, at min al
drainnersta, ährkänsta ei förmår asmåta diupleken af min Herr
Patrons wählgyrnungar; och skulle jag snart drunkna i konsten,
em jag understode mig at tärkia på någon fullkomig wedergjältning.
Uptag altså gunstigt dessa rader, allenast såsom et prof af mit högt
förbundna och tacksamma sinne. Wera har jag intet; Men kan jag
intet mera, så skall jag dageligen vissa och bedja för min Herr
Patrons beständiga, så timmeliga som ewig alycka och wälgång.

Min Herr PATRONS

Ödmjukta tienare

GABRIEL G. HOLMUD.

Handelsmannen i Wasa Högwälachtad
Herr **ISRAEL HANSON,**
Min Gunstige Gyrynare.

Et och

Råd-och Handelsmännerna darsammastädens
Högwälachtade/

Herr **HANS WERANDER,**
Herr **PETTER WIDMARCK,**
Herr **MATTS WAZELIUS,**
Herr **JOH. STRANDHEIM,** och
Herr Handelsm **NILS T O H L B E R G /**

Samtelige mine Högtårade Gyrynare.

Det wore ett prof och ofelbart teckn til otacksamhet,
om jag wid detta tilfälle ginge mina Herrar och Gyry
nare förbi. Ut wedergjälla mina Wälgyrnare Deras
myckna mig ertedda godhet, lærer jag aldrig hinna til;
Doch achtar jag likwähl för en lycka, at med detta tilfälle
offenteligen få beinga, huru högt jag är förbanden. Up
tagen gunstigt dessa så ord om Bander som är emels
lan förståndet och wilhan / samt deras dygder / så
som et bewis til tacksamhet sinne. Härigenom wil jag intet
annat, än rent ut tilstå, at jag merdat och wördar EDEM
ynnest, recommendandes mig uti EDEM vidare Gyry
nande åtancka, under önskan til asfätelig och ynnig
Lycka,

Samtelige Mine Gunstige Gyrynares


Hörsamste tienare

GABRIEL G. HOLMUD.

Fågnsamt Skalde Ordvæde
 Öfver Herr Auctorens lyckliga Snillewård/
 Om bandet emellan förståndets och wilsans dygder.

Ingen af alt det folck, som lærdoms Gdare kallas,
 Sällare skattas bde, än then st pund har upodlat
 Til sin Skapares egit los, hwar til man är alstrad,
 Som ses klarligen af Des wärd och milda regering;
 Lycklig är han, som finner i det sit stadiga nöje.
 Sen at liänna sin egen själs natueliga krafier;
 Ty et måstare prof äro the, bland Kapade tingen,
 Stälte til alt godt stid uti wäs ä' behagelig ordning:
 Ther gå ledare främst, som lysa begiärliche wilsan;
 Hwad förnuftet ser wara godt, thet lystwar hon efter,
 För sin wisa Regent thet altid wördar och lyder,
 När war Skapares ändemåht uti själen erachtas.
 The, som så sin odödliga stät alswarlige stöda,
 At the liänna sin halt, och wissiga leswa derefter
 Kallas utaf alt erbart folck för dygdige menskiör,
 Lyckan målte då sielf en trogen tienare blifwa.
 Thetta, min älsklige Bror, har Du rätt artit affhandlat
 I din lyckliga Skrift, som läses af alla med hugnad.
 Hwardörwer jag och nu min hiertliga sägna betingar!
 Min förnuftiga Bror, jag tiger med Tina losford,
 Som Tig allmänt gies af lærdoms Liännare wittes;
 Önskan' stueligen af al Lyckas Nådige Styrman,
 At ren lycka må följa Tig ät med Gyllene tider!

Admnat i hast af
 ISR. BJÖRN.



CAP. I.

§. I.

EXperientia, Mater Philosophiæ omnis & pe-
 ritissima magistra, duo nobis genera sistit
 actionum, *naturalium* uidelicet & *liberarum*.
illæ, quatenus per essentiam & naturam homi-
 nis a DEO determinatæ sunt, a nostro non de-
 pendent arbitrio. *Hæ* uero, quæ in nostra sitæ
 sint potestate, & quouis a nobis determinari pos-
 sint modo, liberarum nomine insigniuntur. Ob-
 seruamus autem has, quæ actiones quoque hu-
 manæ dici consueverunt, persæpe sibi inuicem
 contrarias esse; atque alias in imperfectionem, alias
 vicissim in perfectionem cedere nostri, adeo ut
 subinde imo sæpissime nullus inter ipsas reperia-
 tur consensus.

Lex uero naturæ, quæ regula est actio-
 num liberarum naturalis, actiones alias commit-
 tendas, alias omittendas præscribit; *illæ*
 ur-

2
urget ob perfectionem quam semper nobis & statui conciliant nostro, *bas* prohibet imperfectionis causa, quæ continuo malas sequitur actiones; unde patet, actiones nostras, per perfectionem nostri tamquam per rationem finalem determinatas esse. Perfectionis autem consequens est felicitas, adeo ut quicumque finibus divinis seu legi naturæ conformiter partes suas exsecutus fuerit, & per consequens perfectionem debitam adquisiverit, etiam felix sit, seu omni felicitate gaudeat, cujus per naturam capax est. Qui vero omnes suas legi naturali conformiter instituit actiones, etiam eo ipso virtuti solidam operam navat: Proinde quatenus in virtute proficimus, eatenus perfecti & felices evadimus.

§. II.

Perfectio est consensus in varietate plurium a se invicem differentium in uno. Wolff. in ont. §. 503. si ergo perfectio obtinebitur, consensum adparet requiri inter omnes hominis actiones. *Naturales* habent per essentiam & naturam mentis & corporis suam determinatam perfectionem, eamque *essentialem*, quæ semper constans & perpetua est. Instructus est homo, qua animam facultatibus, qua corpus organis diversis. Illa gaudet *facultate cognoscendi*, qua sui & rerum extra se positarum sibi conscia est, & de iisdem iudicium ferre potest. Habet deinde *facultatem adpetendi & averfandi*, vi cujus bona adpetere & mala averfari potest. *Facultas cognoscendi*
ita

3
ita disposita est, ut desiderio, quod nobis inest, sciendi insatiabili excitata, & ad habitum evehi & ad talem cognitionem rerum pervenire possit, quæ tum motiva bene agendi suppeditare valet, tum etiam sensum perfectionis in voluptate durabili secum fert. *Facultas adpetitiva* rursus generaliter ad bonum determinata est, ut nihil adpetat nisi sub ratione boni, nihil averferur nisi sub ratione mali. Ex his liquet, facultatibus animæ perfectiones inesse, eoque omnes collineare, ut perfectionem & felicitatem adipiscamur:

Si corpori essentiam, qua organa trutinemur, omnia ad sphaeram in mundo vitæ nostræ adaptata sunt, & facultatibus animæ pulcherrime respondent, adeoque eidem fini destinata esse reprehenduntur. Summa; nullum vel organum in corpore vel facultas in anima hominis datur, quæ non per perfectionem tamquam rationem finalem determinatur: Quo ipso homo, qua utramque partem essentialem, creatura felicitatis capax est, quatenus omnia in toto homine (vavissimo) contenta in unam rationem finalem tendunt; quod notionem *perfectionis* absolvit, quam ea propter ut *essentialem* homini tribuimus; Quum omnia in homine, quæ per hunc finem determinata sunt, per essentiam & naturam animæ & corporis sint ita determinata, ut unquam non auferri possint, sed a Conditorum in perpetuam possessionem concessa sint.

4
§. III.
EXperientia præterea aliam in homine detegit perfectionem quæ a liberarum actionum recta determinatione dependet. Quod ad has enim adinet actiones, novimus eas iidem ad nostram dirigendas esse perfectionem; quo ipso & illæ sua gaudent ratione finali, eaque eadem, qua naturales. Consensui ergo actionum liberarum cum naturalibus summopere studendum est, quod aliter fieri nequit, nisi dispositiones, quæ facultatibus animæ insunt ad suos evehantur habitus; Nam ex his habitibus fluit, quod omnes nostræ actiones liberæ cum naturalibus convenire, atque in eundem collineare finem possint. Hoc statu hominis, quo actiones liberæ per habitus facultatum animæ cum naturalibus contentiunt, absolvitur altera, quam indigitavimus, perfectio, nempe accidentalis.
Quum jam homo ita noverit omnes suas dirigere actiones, ut (svavissimo consensu in uno conspirent fine, tum ad legem naturæ, quæ id postulat, actiones composuit suas, atque postulatis legis & suo satisfecit officio; Hinc virtute gaudet, quæ non nisi habitus est actiones suas legi conformiter dirigendi. Ex his liquet, virtutes aliud non esse quam habitus, patetq; iidem quinam habitus sint virtutes; nempe qui mentem perficiunt nostram, & eandem ita disponunt, ut actiones suas ad perfectionem sui dirigat homo; quod facit, quum consentum & inter naturales & liberarum, & inter ipsas liberarum conservaverit.
§. IV.

5
§. IV.
Diximus modo §. antecedenti, virtutes esse habitus. *Habitus est promptitudo agendi.* Mentionem in prioribus fecimus dispositionum illarum, quæ facultatibus animæ insunt nostræ. Quæ si in habitus producantur, statum perficiunt nostrum. Hæ dispositiones sunt duplicis generis, *intellectus & voluntatis*, quum intellectus & voluntas sint facultates animæ, quas præter nulla essentialia ejus adhuc detecta sunt. De his dispositionibus perbelle loquitur *Wolffius* in hor. sub. trimestr. brum. §. 4. pag. 12. *Sunt, inquit, homini dispositiones naturales ad agendum; quæ agendi potentiam seu possibilitatem & aliquid amplius complectuntur, scilicet, ut non modo actiones tales facultatibus hominis non repugnent, verum etiam per easdem elici possint, etsi non sine quadam difficultate & veluti resistentiâ.* Hæc difficultas agendi degenerat in facilitatem, quum actiones crebro exercitio sæpe repetuntur, donec demum habitus adquiratur. Sunt ergo hæ nostræ dispositiones repetendæ & exercendæ, ut tandem ad habitum evehantur, & tamquam causæ ad actiones nostras efficiendas concurrere valeant, quod quam primum ita fuerit, virtutis nomine muniuntur; nam virtutes sunt habitus acquisiti, qui per fluens inde exercitium conservantur.

§. V.
Jam ratio tractationis postulat, ut paulo ulterius ad quosdam hos habitus consideremus. Primum igitur

6
igitur, quod circa hoc negotium nobis occurrit, est
divisio virtutis. Pristinæ ætatis Moralistæ varie vir-
tutes dividebant, ut videre est apud LAERTIUM libr.
3. & 7. de vita Phil. Platonici in exemplares, purga-
tas, purgatorias & politicas partiebantur. Confr. Ven-
del. Phil. mor. p. m. 409. Scholastici & Scotus ex
mente Ciceronis libr. I. de off. & Stoici quatuor vir-
tutes cardinales, prudentiam, justitiam, fortitudinem, &
temperantiam constituerunt; ut varias aliorum senten-
tias taceamus. Nos cum Aristotele & ejus adseclis,
distribuimus in intellectuales & morales: quæ divisio
immota & inexpugnabilis persistit; nam quot in
homine sunt facultates, quæ moderamine indigent ad
functiones suas rite obeundas, tot etiam sunt speci-
es bonorum habituum; quot autem species habituum
reperiuntur, tot struendæ etiam sunt species virtutum:
Quum vero duas duntaxat in nobis experiamur
facultates, intellectum nempe & voluntatem: quidni
admittatur hæc ut genuina & adæquata divisio?
Confr. Arist. Eth. libr. II. Cap. 7.

Deinde nobis obviam venit, controversia dudum agi-
tata de numero virtutum, an certus determinari possit?
veteres numerum virtutum intellectualium deprehendimus
certum posuisse, utpote apud Liebenthalium in Colleg.
Eth. Disp. ult. de virt. intellect. pag. 105. videre licet;
Quinque autem ille duntaxat easdem numerat, intelli-
gentiam, scientiam, sapientiam, artem & prudentiam, &
in hoc quidem numero conveniunt omnes fere

an-

7
antiquiores. Addidit Celeber. WOLFF. hor. sub. trim-
brum. pag. 25 nonnullas antiquis incognitas,
Acumen nempe, profunditatem, soliditatem, artem inveni-
endi & ingenium, qui numerus recentioribus arrisit,
ipsisque familiaris est. Confr. THUMMIG Phil. pract.
de virtur. intellect. sect. II. pag. 203. seqq.

Quod vero ad virtutes adinet morales, diversum
earum ponunt eruditi numerum. ZENO, MEDE-
MNUS ERETRENSIS, ARISTO & alii Stoici, ut re-
fert GOLIIUS in Eth. II. cap. 7. adducto PLU-
TARCHO teste, in libr. de virt. mor. unam tantum
esse virtutem moralem, variis nominibus designa-
tam, ajunt: e contrario CHRYSIPPUS in enumeran-
dis virtutibus in infinitum fere procedere gestit.
Quam sententiam quoque secuti sunt PHILO JUDÆUS &
LEO HEBRÆUS, qui plurimas agnoscebant virtutes,
& certum earundem non designabant numerum.
CICERO, ut antea monuimus, quatuor virtutum
species constituit, quas ante eum explicaverat
PLATO, una tamen addita, sanctitate. ARISTOTELES
cum sectatoribus undecim species virtutum mora-
lium tradiderunt. utpote: fortitudinem, temperantiam,
liberalitatem, magnificentiam, magnanimitatem, modestiam,
mansuetudinem, humanitatem, veracitatem, urbanitatem &
justitiam. Arist. Eth. cap. 7. confr. Liebenthal. Col-
leg. Eth. Quæst. 9. pag. 31. Alii nonnulli duode-
cim enumerant, vid. Wanoch. disquisit. pract. cap.
IX. Sect. I. §. 11. Cum his autem recentiores non
admodum convenire videntur, utpote: WOLFFIUS,

THU.

THUMMIG. &c. quorum sententia de numero harum virtutum apud ipsos legi potest. vid. Thum. Phil. pract. Sect. II. de virt. mor.

Superessent nonnullæ observationes de his virtutibus, tam *intellect.* quam *moratib.* ut de objecto utriusq[ue] generis virtutum, de regimine & potestate alterius in alteram virtutem, &c. quæ singula veteribus in deliciis tuere; sed quum hæc ad nostram non faciant paginam, tricas istas scholasticis relinquimus. Præterea ex antecedentibus & sequentibus credidero, hæc quantum sufficit patescere posse. Quamobrem ad scopum nosmet propius accingimus, introspecturi harum inter sese virtutum nexum, nec non ostensuri utriusque hujus virtutis speciem, sine alterius præsentia & influenza nullius momenti & usus esse.

CAP. II.

§. I.

Huc usque in eo occupati fuimus, ut ostenderemus, omnes nostras virtutes esse *habitus* vel *intellectus* vel *voluntatis*, atque inde duplicem formavimus virtutum classem, *intellectualium* nempe & *moralium*. De numero earundem præterea egimus. Ordo jam requirit, & rubrum opellæ postulat, ut *nexum* harum utriusque speciei virtutum invicem evolvamus, ipsumque accurate, quantum in nobis situm est delineemus, quomodo videlicet una altera:

tera carere nequeat, nullaque alterutrius speciei genuinæ virtutis nomine digna sit, deficiente altera.

Per *nexum* aliud non intelligimus, quam harmoniam vel relationem illam, qua virtus una alterius dicitur causa. i. e. statuimus tantam convenientiam inter has diversæ speciei virtutes esse, ut si eadem abfuerit, nulla detur virtus vera & genuina. Ostendere conabimur nullam moralem virtutem sine habitu boni voluntatis esse posse sine virtute intellectuali vel sine habitu intellectus. Quod ad intellectuales pertinet, nemo negabit inter ipsas nexum dari; nam quo quis magis intellectum perficere gestit, eo magis necessarium esse observat, diligenter omnes dispositiones intellectus, nulla omissa, perficere, quo tandem omnes in habitum adolescant.

§. II.

In *Intellectus est facultas res sibi distincte representandi.* Hæc facultas ut perficiatur jubet lex naturæ; quæ identidem perfectionem urget. Hominis ergo est, hanc facultatem & omnes dispositiones, quæ huic insunt facultati ad eum perfectionis gradum evehere, ut rebus representandis & discernendis pares sint, saltem habitus evadant. Hi habitus autem sunt virtutes intellectuales, quas definit **THUMMIG.** per *habitus intellectus in cognoscenda veritate & detegenda falsitate.*

injungit insuper jus naturæ, ut *facultatem appetitivam*, h. e. voluntatem cum suis dispositionibus ad eum gradum perfectionis evehamus, ut aliud non adpe-

B

tat

10
tat nisi bona vera nec aversetur nisi mala itidem
vera; quo casu tandem in habitus degenerant, vir-
tutumque nomine insigniuntur. Hi habitus volun-
tatis eruditus appellantur *virtutes morales*, quas iti-
dem cum Thummigio definimus per *habitus volun-
tatis legi naturali conformes*.

Has jam virtutes inter sese connexas esse, nec alicui
absque reliquis suum constare valorem in se-
quentibus, aspirante DEO, virtutum fonte, quan-
tum ingeni nostri vires valuerint, ostendemus.

§. III.

SI quid nostra adpetit voluntas, illud tum adpetit
quod bonum videtur; nam ad bonum duntaxat de-
terminata est; nec umquam aversetur nisi malum
adeo ut impossibile sit, ut voluntas adpetat malum;
& aversetur bonum. Sobrie proinde Philosophan-
tur, qui statuunt voluntatem nunquam ferri in ma-
lum, sed perpetim bono inhiare & ad illud ad-
spirare: Hinc Aristot. libr. 1. Eth. cap. 2. *πᾶσι γὰρ οὐκ
ἐστὶν ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἐπιχειρῆσαι
ἐν τῷ κακοῦ*. Jucunde etiam hac de-
re ratiocinatur Wanoch. pag. 427. libr. cit. *omne
quod adpetitur, inquit, rationem finis obtinet, quia in eo
consistit finis causalitas ut moveat adpetitum; atqui malum
non habet rationem finis, omnis enim finis rationem boni
obinet, quum nemo intendens ad malum operetur. Vo-
luntas est adpetitus & quidem rationalis. Adpe-
ritus vero aliud non est, quam inclinatio versus bonum
cognitum. Baumest. Metaph. instit. § 602. Quarere
autem quis forte voluerit: quum omnis inclinatio
sit in bonum; qui sit, quod experientia nos con-
tra-*

2
I I
trarium doceat? si voluntas bonum solum modo
adpeteret, certe tot mala non committerentur? con-
cedimus multa mala adpeti & per consequens com-
mitti; sed dum voluntas malum adpetit, non id tam-
quam malum adpetit, sed sub ratione boni; scili-
cet, quum sensuum sequatur judicium, qui omne
malum larva boni adparentis induunt, atque fle-
ctunt voluntatem ad id adpetendum quod revera
malum est, sed adparenter bonum. Verus igitur
manet Canon Philosophorum: *Nihil adpetimus nisi
sub ratione boni, nec aversemur nisi sub ratione mali*.
Hinc jam constat quid intellectualis virtus conserat
ad actum voluntatis, ut non nisi bona adpetat vera,
vera itidem aversetur mala; si hoc voluntas perfun-
getur officio, necessaria ipsi sunt motiva, quibus
ad adpetendum & averlandum flectenda est. Sed
illa ipsa motiva adpetitus & averfationis sunt re-
præsentationes boni & mali ab ipsa desumptæ actio-
ne. Per has repræsentationes, tamquam per
rationes, intrinsecas flectitur voluntas no-
stra, his perpetua & constans redditur, a
qua constantia & perpetuitate se dimoverino pa-
ritur. In hac autem constantia & perpetuitate confi-
sit promptitudo ad agendum, quæ habitus voluntatis
format. Quum igitur sine motivis nec flecti nec
quid agere possit voluntas, tanto magis verum est
illud Philosophorum: *voluntas non fertur in incognitum; it-
nihil est volitum nisi prius cognitum*. Et Poëta; *ignoti nulla
cupido*. Adeo ut ullo absque negotio nexus prædi-
ctus adstrui possit; requisita enita hæc singula,
B
qui.

quibus habet voluntas opus, suppedabit intellectus: intellectus enim est qui res sibi repræsentat, & de iisdem iudicat num vel bonæ vel malæ sint, revera vel adparenter. Quæ repræsentationes intellectui distincte cognitæ, tamquam motiva cum voluntate communicantur, quibus postea ad actionem flectitur & inclinatur. Intellectus ergo voluntati monstrare debet quid bonum sit, prius quam voluntas id adpetere potest. Unde August. lbr. VIII. de trinitate cap. 4. *quis diligit, inquit, quæ ignorat, sciri enim aliquid, & non diligi potest, diligi autem quod nescitur. quæro utrum possit? quod si non potest, nemo diligit DEUM antequam sciat*

Distincta ergo rerum cognitio requiritur ad actum voluntatis; hanc promovent habitus intellectus. Talem enim cognitionem postulat voluntas, quæ contenta non est confusa, qua falli potest, ut & sæpissime fallitur, cum adpetitum sensitivum & affectus sequatur, iudiciumque sensuale, quod non nisi repræsentatione confusa nititur.

Nimirum ipsa promptitudo voluntatis certitudinem postulat boni; distinctam ergo præsupponit rei cognitionem: objectum enim adpetendum vel averfandum omnimode est determinatum, h. e. variis illud ipsum involutum est circumstantiis, ut primo obtutu non pateat num vel bonum vel malum sit. Examinandum ergo est illud objectum, inquirendum in notas & notarum characteres. num sibi met contrariantur vel in unum collineet finem. **Quantum**

tum jam ad hoc negotium perficiendum requiratur exercitii & virium intellectus, haudquaquam quemvis latet; omnes & singulæ facultates adhibendæ sunt, antequam certa haberi objecti ejusdem cognitio petest. *Acumen* adhibendum est, *Profunditas* omitti non debet, si in nostra posita sit potestate; *scientia* haudquaquam spernenda, sine ipsa enim distincta haberi nequit rei cognitio. *Soliditate* opus est, qua ulterius progredimur ad certitudinem adquirendam, quod fit dum ratiocinia connectimus, & justam conclusionem inde elicimus. Summa: quo plures adhibueris habitus intellectus in re examinanda eo certior & vividior evadet tua cognitio, de cujus certitudine quum hoc modo fueris convictus, motivum voluntatis habes firmissimum. In hanc rem suffragium fert *Celebr. WOLFFIUS* in hor. lublic. Trim. Brum. §. 6. pag. 27. *Neque enim, datur actio libera, in quam non omnes omnino virtutes intellectuales influere possunt & debent, ubi omni prorsus nervo carere debet.* Sed objici hic poterit: in omnium potestate non est, facultates intellectus omnes in eum perfectionis gradum evehere, ut easdem quivis in omni sua actione adhibere & in usum convertere possit. Sed respondemus: Ad intellectum perficiendum obligat nos lex naturæ; De jure ergo tenemur omnes illud facere, licet idem de facto non faciant homines; Totum genus humanum obstrictum est; non tamen sequitur, quodlibet individuum huic labori par esse. Satisfaciant illi officio huic

14
huic suo, qui poterint. Præterea, quum non omnium sit omnigenæ vacare cognitioni, ei operam quisque det cognitioni, qua in bono & malo discernendo opus habet. Insuper non statueret non audemus, neminem ad perfectionem unius virtutis intellect. pervenire posse, nisi simul aliis instructus sit; sic & in moralibus una altera carere nequit, quin omnes in eodem & æquali teneantur gradu; & licet summum perfectionis gradum nemo mortalium attingere possit, interim tamen in eo eniti debemus, ut non modo ad nostri & status nostri perfectionem, verum etiam ad summum hujus perfectionis gradum perveniamus, tamquam ad metam nobis præfixam, utut hic in imperfectione non attingatur. Legi merentur verba Celeber. Wolfii de hac re in Hor. Sublc. Trim. Brumal. §. 12. pag. 57. 58

Et quamvis cognitio sua alicui sufficere videatur ad discernendum bonum & malum, tamen occasio non est prætermittenda discendi, etiam ea quæ nobis minus utilia esse primo opinamur intuitu. Nulla veritas tam sterilis est, quin aliquo nobis interserviat in casu, etsi statim id percipere nequeamus. contr. Thummig. Phil. Mor. lect. II. cap. 1. §. 79. pag. 204. Verbo: distinctam rerum cognitionem semper & in omnibus nos venari oportet; mediis quamobrem singulis huic fini interservientibus vacare debemus. Quum vero hoc in puncto officio tuo satisfecerit intellectus, facile emendatur voluntas;

42
15
luntas; motiva enim tum habet viva, quibus mota, bona & mala semper adpetit & averfatur vera; Adfectus & adpetitum sensitivum dirigere valet, ut cum rationali concordet adpetitu. Hæc jam est hominis perfectio, finis omnium ejus actionum, qua impetrata, de vera tibi gratulari potest virtute, qua in statum vindicatur felicitatis.

§ IV.

NOstrum jam esset specialius hæc explicare virtutes, & cujuslibet influxum in alteram ostendere: sed quum ab initio non constituerimus nisi in genere nexum inter has virtutes delineare, neque jam brevitati litantes ulterius progredimur, temporis angustia pressi. Ex dictis autem satis patere arbitramur, quam sapienter Summum Numen has duas combinaverit facultates, quo una alteri continuo opem præstaret. Posuit voluntatem tamquam Reginam actionum, & intellectum ipsi adjunxit, ut vicem consilarii subiret. Ubi rite instructæ sunt, & debita cum harmonia agunt hæc duæ facultates, immorrigeri adfectus rectæ rationis gubernari possunt sceptro. Quam ergo præpostere philosophentur, emendationem mentis a voluntate incipi debere suadentes, quilibet manibus palpare potest,

Θεῶν Μορῶν δόξα.



MONSIEUR
Mon fidele Ami.

LA sincere amitié, qui depuis quelque tems a été entre nous, me fait toujours prendre beau coup de part à votre fortune. Je ne puis donc, Monsieur, que me réjouir dans cette occasion, ou vous donnez au Public une preuve si convaincante de votre solide érudition en faisant voir la liaison, qui se trouve entre les facultés de l'intelligence & de la volonté. Cette joie ne me permet pas de garder le silence, il faut, Monsieur, qu'elle éclatte publiquement, & si votre modestie m'empêche de m'étendre sur vos Louanges, votre belle dissertation parle assez en votre faveur. Tout ce que je souhaite est, que vous atteigniez heureusement au but, que vous vous êtes proposé & que vous receviez une récompense digne de vos vertus singulieres & de vos pénibles travaux dans une fortune si contraire. Au reste je prie Dieu de vous compler de toutes sortes de prospérités à sa gloire, à votre salut & à la satisfaction de vos amis. Voilà les vœux sinceres de celui qui demeure toute sa vie

MONSIEUR

Votre tres obéissant serviteur & fidele ami

ISRAEL HEIMELÆUS,
Ofroborn. de nation.

Högtårade Herre!

Efter Förståndet och wiljan äro de egenstapiga diuren åstilla; så böra de och Skaparens ändemål enligt brukas / nemligen at menniskiorna genom dem så styras och inrätta sina gärningar / at hela deras lefnad ei blir en ofkiäblig utan en förnuftig dygdetvandel. Men hwad säger vår tårefulla Ehrfarenhet? Dygden trampas under fötterna / och odygden sättes i högsta sätet. Och hwad mände orsaken wara? Hwad annat / än at menniskiorna få aldrig rätt smak för dygden / utan hafwa en beständig wåmielse der till / hwilken måst der af här rörer / at de så litet sölia rätt kiänna dygden / och utfärsta medel at herne winna. **SÖK- STÄNDE** som dem skal wisa / hwari dygd och lycksalighet består / ligger i lunda / in- gåwäst uti margethanda wilfarellers mördar. **WJELJUN** har wähl et medfödt begär; men som förståndet / des öga / är blindt / så måste hon låta sig nöja med sinnligt och skienfagert godt; hwilket ofta har den starkaste smak af odygde. Skall

Skall nu dygden befördras/ så måste förstån-
det mera upöfwas; i annor händelse är men-
niskan mehra så-ön menniskio-lif. At nu de
i förståndet nidlagde förmögenheter böra med
idoghhet upbrukas innan wiljan kan bliänna
föttman af det sanskyldiga och lyckfallighet med
sig förande goda/ har man lärde af min Her-
res närwarande lärda *Disputation*. Jag öns-
skar allenast/ at min Herre en ynnig frucht
af Sin trågna flit/ såsom en wåhlförtient
belöning/ snartliga måtte få inbarga/

Wåhlment lämnat på min och min

Brors wågnar

JOBST NICLAS SCHULTZ

Junior.